deserta sinai mo… tis occu… q
homo hebitare potuit · vel filius hominis requi…
illic fontes amari obdulcati sunt eis ad bibendum · et per
annos · xl · annonam de caelo consecuti sunt. Ubicumque
ingressi sunt sine arcu et sagitta et absque scuto et gla-
dio deus eorum pro eis pugnavit et vicit et non fuit q… insul-
taret populo isti … nisi quando recessit a cultura domini
dei sui; Quotienscumque autem praeter ipsum deum suum alterum
coluerunt · dati sunt in praedam et in gladium et in obprobrium.
Quotienscumque autem paenituerunt se recessisse a cultura
dei sui; Dedit eis deus caeli virtutem resistendi; Denique
chananeum regem · et gebuseum · et ferezeum · et cetheum ·
et eucheum · et amorreum · et omnes potentes in esebon pro-
straverunt · et terras eorum et civitates eorum ipsi posse-
derunt · et usque dum non peccarent in conspectu dei sui
erant cum illis bona; Deus enim illorum odit iniquitatem.
Nam et ante hos annos cum recessissent a via quam dederat
deus illis ut ambularent in ea exterminati sunt prae-
liis multis a nationibus · et plurimi eorum captivi abducti sunt
in terram non suam. Nuper autem reversi ad dominum deum suum ex dis-
persione qua dispersi fuerant adunati sunt · et ascenderunt montana
haec omnia et iterum possident hierusalem · ubi sunt sancta eorum.
Nunc ergo mi domine perquire si est aliqua iniquitas eorum
in conspectu dei eorum; Ascendamus ad illos quoniam tradens

License: cc-by-nc – Wien, Österreichische Nationalbibliothek, Cod. 15346, Cod15346_5r – Biblia
(https://fragmentarium.ms/view/page/F-7d54/3878/41103)